Parate uias dni. rectas facite semitas dei nri
Tunc aut pastoralis cura in hoc opm non
inanitꝰ laborat. cu dꝰ hoc fieri disponit ꝛ im
pat. Quid e ei hoc diuin impare. nisi i hoc opz
animu pastoris intna allocutone urgere / ꝛ
gram dare. Tunc at dni minister utilit̃
agit qd suu est pastoris. cu ipe dominꝰ digna
tur opari qd suu est saluatoris. Laçare in
quit ueni foras. In hac una uocatione. tria
dat intllig̃e. Qui exit locu desit i quo pus
fuit. Est at foras exire seipm foris a statu
aspectib; ingere. Idez ei est ueire / q uocat
appropinquare / Quid e aut resuscitatu

inde ubi mortuus ~~fuit~~ iacuerat exire. nisi per
catu suu penit*us* in ppetuu desereret. Quid e*st* uinctu
quelibet corr*um*p*t*is affectib*us* p*er* quos solui potat. p
sentare. nisi e*st* criminosu*m* quelibet q*ui*bus peccato*rum*
nexib*us* teneat*ur* sui ipi*us* accusatione ostendere. Reuocati
Vocati dno appropinquat q*ui* dignis penitentie
fructib*us* deu*m* de die i die placat. Primu ptinet
ad uotu co*n*tinendi. secundu*m* ad uotu co*n*fitendi.
t*er*tiu*m* ad uotu satisfaciendi. Recte quo q*ui*da*m* in
pastoris p*re*sentia. acceperit t*ri*plex hoc uotu q*uo*d
p*ri*us no*n* habuerit.

Sed nunc ad illud redeam*us*. p*ro*p*ter* q*uo*d predicta o*mn*ia
digessim*us*. distinguam*us* diligent*er* q*ui*d d*eu*s
faciat p*er* semetipm. quid faciat p*er* ministeriu
suu. P*er* semetipsu*m* resuscitat mortuu. p*er* mi
nistro*rum* soluit ligatu. P*er* semetipm mundat le
prosu*m*. ministerio sacerdotu reducit eiectu.
Mortuu resuscitare. leprosu mundare, ad ide*m*
uident*ur* respicere. na*m* utrobiq*ue* soluit*ur* obligatio
culpe. S*ed* e*t* uinctu soluere, uel eiectu reducere
ad ide*m* nichilomin*us* uident*ur* respicere. q*uonia*m utro
biq*ue* soluit*ur* obligatio ~~culpe~~ pene. Leprosus
mundat*ur* q*ua*n p*ro*cessus cuiuslibet prauitatis sue

sordibus diuinitus exuit. Mortuus resuscitatur
qui peccato captiuatus ad bene viuendi diuinitus animatur.
Post emundatione lepre sacerdotali officio intue
niente electus prius in sua reducitur qui eterne quietis
mansione quam peccando amiserat. per iniunctam
satisfactione recuperasse cognoscitur. Institis
inuolutus et diu misteriis solutus abire et ad sua
redire permittitur qui per absolutione et consilium
sacerdotis a diuite nouitate reformatur.

Ad ea que supra dicta sunt quidam quedam opponunt et di
cunt. Quicumque de suis criminibus penitet
procerto iam karitatem habet. Alioquin quod scribitur
quo de eis recte intelligitur. Quacumque hora peccator
ingemuerit saluus erit. Nemo enim qui karitatis
capax est sine karitate saluari potest. Sed ut pu
tant qui karitatem habet debito dampnationis eterne
teneri non ualet. Quo ergo sacerdos eum ab huiusmodi
debito absoluit. si ante sacerdotale solutione ka
ritate inueniente absolui iam meruit. Sed absque
ulla dubitatione patriarche et prophete karitatem
habuere. et tamen tenebantur debito dampnationis
eterne. Alioquin nec ad inferna descenderent.
nec christi morte, nec ulla redemptione egerent.
Absque ulla igitur ambiguitate tenebantur de

bito dapnatois etne. Non q eis etna fuit,
sz q eis etna esset. nisi mors xpi ab hoc debito
eos absolueret. Constat igitur q utruqz contingat
simul, ut et homo karitatem habeat, et eu adhuc
debito dapnationis teneat. Nonne iste prior et
mebru xpi ee cepit ex quo karitate habere cepit.
Quo ergo potest ee mebru et debito dapnatio xpi
nis etne teneri. Membru pot dici homo sm xpi
gemina consideratione. Aut sm pdestinatonez.
aut sm habitudine. Secundu pdestinatone pot
quis mebru xpi ee. et necdu sz karitate hre
et econverso xpi qdez mebru no esse et karitate
hre. Juxta naqz dni testimoniu refrigescit
karitas multoz. Secundu igitur hanc acceptio
ne contigit homine ee mebru xpi. et adhuc
debiti vinculo dapnationis teneri. Secundu habitu
dine autez mebru xpi dici. qui in se habet un
hoc ipm efficit. Sz nunqd mebru xpi karitas
illa facit que ad tps inardescit. et in modico re
frigescit. Absqz dubio q perseveratez karitate
nuqm accipiunt nuqm de veris illis mebris xpi
fuert. q corporis ei integritate pficiunt. Secundu
tn quanda exceptione possumus et solem karitate
transitoria habentes mebra xpi dicere. propt
mebroz ei conformitate. qua ad tps videntur
// haberec.

Sed ut ad plene que restant omnem ſcrupulum
amoueamus dicimus quod triplici modo membrum
xpi dici ſolemus. predeſtinatione. preparatione.
concorporatione. Predeſtinatione quia diuinitus
aduita precordinatum. preparatione quando paganus
vel falſus xpianus vanitatem respuit. et adunitate et
karitate imbuitur. Concorporatione quando ille per cor
poris ablutionem. iſte per ſacerdotis abſolutionem
eccleſie xpi conſociatur. Primum agitur pro
poſito diuine voluntatis. Secundum propoſito
proprie deliberationis. tercium vero officio ſacer
dotis. Ex corporali aduertere poſſumus quod de
ſpirituali edificatione ſentire debeamus. Ecce
de ſilua lignum elicitur ut in edificio ponatur
poſtea dolatur ut ad modum formamque congruam do
lando preparatur. Ad ultimum edificio conectitur
et in ſuo in loco coaptatur. Ecce quo unum idemque
lignum fit edificij membrum. Primum ſola electione.
ſecundo preparatione. tercio compaginatione. Sic
ſane multi iam ſunt membrum xpi predeſtinatione.
nec dum tamen preparatione. Multi vero preparatione
ſed nec dum tamen concorporatione. Auguſtinus
cum adhuc infidelis eſſet ſecundum predeſtinationem
membrum xpi fuit. Conformitatis preparatione

membru xpi extitit. cu corde ꝑtrcedens q devo
tione fervens ad baptisma festinavit. baptizat⁹
uo q ecclesie cosociatus membris xpi incorporatus
fuit; Si qs ergo karitate habz an susceptu sacra
mentuz reconciliationis nostre dici pot membru
xpi quadaz coformitatis ppāratone. nec du
tamen incorporatone. p morte ei xpi deo
reconciliamur. q p baptisma xpo cosepellimur
q membris ei incorporam. Ex hiis ia patet ut
arbitror iuxta qua acceptone possit quis
membru xpi dici. q debito dampnationis teneri.
Secunduz qd dictu e de pagano. intelligendum
ei qd sentiedu sit de criminoso q penitēte
xpiano;

Sed dicis ad ista fortassis. qd alia sit condi
tio xpiani. q alia gentilis. putas fortas
sis qd qlibz xpian⁹ sub ipa hora uere copunc
tonis solvit a debito dapnatonis. qmvis aliter
sentiedu sit de no baptizatis. Nemo ei absol
vitur a debito dapnatonis, nisi participatone
uere redēptonis. p baptisma uo cetera qz
xpi sacramenta. homo accipit ut ei⁹ particeps
fieri possit. Dico at qm qd baptizando accipit
paganus, peccando pdit xpianus criminosus.

Na partiapiu sacramētoꝝ xpi criminator
amictit qd' prius i baptismate accepit. Audacter
dico si an̄ sacerdotis absolutone ad coīone
corporis & sanguis xpi accessit iudiciu sibi
manducat & bibit. etiā si eu peccasse iā multu
peniteat. & vehemēt' doleat & ingemiscat.
Qua rōne cōtendis & dicis qꝫ intime pe
nitēs ante accessu ad sacerdote a debito dapna
tonis solut' est, q an̄ sacerdotis absolutone
salutis nec sacramentis nisi ad dapnatonis
cumulu participare nō pot. Tam itaqꝫ
criminosus xpian' qm̄ quilibꝫ paganus
eget recōciliatoe. & ubi nccītas nō obsistit
utraqꝫ efficienda p offin sacerdotale. Illa p a
blutone. ista p absolutone.

Et si vultis nosse, & potestis patienter a
udire, facilius recōciliat' paganus post
crimina centum. qm̄ xpian' post unu soluz.
Hic e qꝫ cuilibꝫ pagano qlibꝫ criminoso
accepto baptismate nulla iniungit' satisfactio
xpiano at criminale peccati. ß ia penitenti &
cōfitenti nō sufficit sacerdotis absoluto sola
sine satisfactone iniuncta. Sola uero xpi hostia
mactata. uidelicet caro satisfacit pro pecca

baptiçato. p ignorãtia ei peccatib; ad ex
piatõne satisfacit hostie p lege determinate
oblatio. s; volũtarie peccatib; iux̃ aplm re
linq̃t hostia pro pcco. Q̃d in lege mistice papit̃
hoc sub isto tp̃e amoto figure uelamĩe quotidie
ueri adiplet̃. Papit̃ in lege q̃ aĩa que p igno
rãtia peccauit hoc ul illud p pecco offerat.
q̃ dimittet̃ ei q̃d p ignorãtiaz comisit. S;
de uolũtarie peccatib; papit̃ reddere aĩaz pro
aĩa. oculu pro oculo. dẽte pro dẽte, manu pro
manu. pede pro pede. Quicq̃d ab infidelib; comit
tit̃ int̃ pcca ignorãtie deputat̃. Nã ꝯsi sciat se
peccasse cũ peccat; nescit tñ examinare pondus
pcci. nescit ei illud nõ posse expiari. ñ p morte
hoĩs dei. Caligo itaq; huiusmoi ignorãtie supra
modu leuigat imanitate culpe. Xpiani uõ
q̃ se cognoscũt redeptos a morte p morte xpi
procul dubio nõ possẽt p huiusmoi ignorãtia ex
cusari. Ad plenã itaq; satisfactõne pro pcco
illis hostia concedit̃ istis oĩo nõ relinq̃t̃. Ubi pec
catu p hostia expiatur aliene potius q̃ pro
pe carnis mactatõne recoliat̃. Infidelib; itaq;
couerso. q̃ i xpi fide baptiçato nulla satisfactio

nulla carnis afflicto iniungitur. cuius pro ignorancia ignorancia. ad expiatone pcti hostia creditur. na p passio
ne et morte xpi ab omni reatu ad plenu purgatur.
Criminosus at xpianus qui p infidelitatis ignora
tia de suis criminibus nullatenus excusatur in ppria
carne punitur. et quasi uoluntarie peccanti post
acceptam ueritatis notitia. uoluntaria satisfactio in
iungitur. et qd contra deu non ignorauit pstitit non
sola hostie oblatone. sz proprie carnis maceratone
et mortificatone purgatur. Ecce qd supius iam diximus.
q difficilius expiatur criminosus xpianus q crimino
sus paganus. Sz cur iste expiatur difficilius. ni quia
offendit grauius. Dicis q criminosus et penitens sol
uitur a debito dampnatonis an sacerdotis absolutone.
et non audes dicere q paganus criminosus et peni
tes ab eodem soluatur debito an sacerdotis ablutio
ne. et non attendis q sit contra extimatone. immo
et contra omnem ratone. ut dicatur stati aduersa
penitentia solui qui peccauit minus. Constat itaque
q nemo possit impenitente absoluere. Secundum
quosdam uero nemo penitentem absoluit. qm sub ipa
compunctonis hora ut dicitur absolutone diuinitus acce
pit. Sz si nemo absoluit impenitente. nemo penite
tem. ergo nemo neminem. Sz qui hoc credit fallacem
facit eum q dicit. Quorum remiseritis pecca. remictuntur

eis. Constat ergo pro certo quod sacerdotes peccata remittunt penitentes absoluunt. peccator quacumque hora ingemuerit, in hoc sane saluus erit. quod de tali qui absolui non potuit. talis sit cui absolutio negari non possit.

Mouent adhuc quidam miratur et querit quo dicatur deus uel dei minister peccata dimittit. remittere. cum profecto ueniat utique penitentem peccata et puniendo expiare, et expiando punire. Que est inquit ista remissio. ubi exigitur diutina sepe et satis molesta expiatio. Ex hiis que supra longe dixi. quod querit quantum ut michi uidetur satis patet. Sed ad maiorem euidentiam ante iam dictis aliquid addere non me pigebit. ubi oportet. In omni peccato duo sunt consideranda. diuina videlicet iniuria. et committentis corruptela. Illud est iniquitatis et impietatis. istud inhonestatis et deformitatis. Unum namque idemque peccatum et iniquitas est quantum ad deum. et deformitas quantum ad seipsum. hic est illud euangeliste sancti Johannis. Omnis qui facit peccatum et iniquitatem facit. et peccatum est iniquitas. Procul dubio iniquitas est cum quis proximum suum iniuste ledit. et in hoc ut arbitror nemo non consentit. Iniquitas est cum aliquis deum suum offendit. et in hoc ut arbitror nemo non consentit.

59

accusat reprehendit. ~~blasfem~~ blassemat. et nemo e
nisi mentis inops qui id inficiari presumat. Sed aliquis
fortassis cum in crapula, ebrietate, et luxuria et hu
huiusmodi carnis suis desideriis satisfaciat, iniquitatem
esse non credit. maxime si sine proximi lesione id fa
ciat. Sed certe cum id facit deum offendit. Quanta enim
iniuria est creatoris. nobilissima creatura et
ad dei similitudinem factam, uitorum sordibus fedare.
et diuine similitudinis similitudine iumento super
ducere. homo inquit cum in honore esset noluit non intellexit
intelligere comparatus est iumentis insipientibus et similis
factus est illis. Cogitet homo quanta pro eo creator suus
fecerit. qualia pro ipso redemptor sustinuerit. et in potest
recti extimare quantum sit iniquum uel impium tanto domino
tam benifico amico iniuriam pro beneficiis reddere.
et ipsum uel in modico offendere. Offendit autem qui
corrumpit illud nobilissimum opus suum. corrumpit
uero qui facit peccatum. Igitur qui facit peccatum. et iniquitatem
facit. quia peccatum ipsum ut diximus. iniquitas. seu et
impietas est. in quantum deum offendit. Inhonestas
et deformitas in quantum committentem corrumpit. Va
let ergo deus et solet in uno eodem que omnino, et id quod ini
quitatis et impietatis est remittere. et quod inhone
statis et impuritatis est. per semetipsum purgatorio
igne ~~cremare~~. mundare. Vel in hoc purgatoriis

debito remittendum uel quod satisfactionis medela
curandum sit, ministeriis suorum dispensatorum committit.
Quid tamen uidetur summus ille medicus in eiusmodi opere fecisse
et cotidie facere, nisi illud quod ad suam iniuriam pertinet
remittere, et egrotanti proprio quale corruptela sua
exigebat indigebat medicinam ~~ex~~ adhibere. Hinc ut
arbitror illud euidenter patet, quod uera quoque et omnino ple
na sit illa peccatorum remissio qua deus facit, quando uere
penitenti suam iniuriam et eo ipso penam eternam remit
tit. Quis enim contumaciter presumit, quod quamdiu in ipso est
corrigere non possit in eternum, et ad eius iniuriam quis
in eternum uiuit et omnipotens sit, procul dubio debitum
eterne dampnationis incurrit. Hominem autem diuinitus
absolui ab eiusmodi debito quanta, queso, et quam ineffa
bilis miseratio. Numquid dei beneficentiam obnubilat
et non potius magnificat, quod peccatricis anime reme
diis quibus oportet et prius expiat et debitum pur
gat. Quis queso negat esse remissionem ueram
et omnino plenam quando ad ueram penitentiam dissimulata
iniuria propria remittit penam eternam, insuper et
morbis egroti adhibet medicinam. Hinc ergo possumus
colligere sacerdotalis illa absolutio quante uirtutis
sit et excellentie, que uerauiter penitentem et studiose
satisfacientem liberat non solum a truci incendio

eterni supplicii. verum etiam a crematione ignis purgatorii. Ex corporalibus morbis perpendamus quid de spiritualibus sentire debeamus. Novimus quod quidam cauterio. quidam curatur unguento. Est autem magnum et mirae plenum qualibus acerbo remedio a morbo curari mortifero. Quanta quod quaeso indulgentia quantave beneficentia id putrescentibus morbi lenis medici unguento. quod post modicum opus haberet curari cauterio. Quid autem est quaelibet penalis satisfactio nisi unguentum leve in comparatione concrematonis purgatoriae. Ecce habes quid debeas sentire tam de divina quam de sacerdotali remissione.

Possumus tamen dicere quod aliud sit peccata remittere. aliud autem peccata dimittere. quamvis forte inveniatur ubi unum pro altero ponitur. peccata namque dimittere hoc est ex toto indulgere. Peccata vero remittere hoc est debitam eis penam temperare et ex maiori parte relaxare. Quam quod quaeso peccati remissione. vel pene relaxationem putas ex munere divino penam etiam in purgatoriam et transitoriam transferri. vel sacerdotali officio illud purgatorium incendium in penam penitentiale transmutari. Ecce iam habes quod ipse quesisti quidlicet vel qualiter sit divina vel sacerdotalis remissio

ubi exigitur diutina sepe et satis molesta expiatio.
Quod enim possint sacerdotes peccata dimittere. remittere/
et futura incendia penitentiali satisfactione extinguere.
omnes incunctanter credimus. quod autem possint quibuslibet peccata quibuslibet cri-
minalia ex toto dimittere. et sine aliqua condigna satis-
factione plene et sine periculo indulgere/ nec credimus
nec tenemus. Vides certe quod multum sit inter remit-
tere atque dimittere. Nam remittere est penam peccati iux-
ta congruum miserationis modum temperare/. dimittere
non totum indulgere. et sine aliqua discussione relinquere/.
Hinc est quod dicitur nobis. Dimittite et dimittetur vobis.
Et merito quidem. ut non in parte iram reseruemus.
sed ex toto dimittamus. qui totum nobis dimitti vo-
lumus. Hinc est quod domino in cotidiana oratione dicimus.
Dimitte nobis debita nostra. sicut et nos dimittimus
debitoribus nostris. Sed quia iustitie simul et misericordie est
inter parcendum ex parte peccati et ad purgationis
iure medela prospicere ex parte puniendi. remit-
tendi potius quam dimittendi potestas confertur in eo quod
dicitur. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis. etc.
Inde est quod de remissione non de dimissione gratu-
latur qui domino confitetur. Tu remisisti impietatem
peccati mei. Nam que dampnationis eterne sententiam
evaserat/ purgationis sibi medelam non sine
metu expectabat. ¶ Ceteris ait Moises ut m

videt' pctor purgato agit. Agit aliqn sm
sola seueritate. Aliqn sm sola pietatem.
Aliqn sm sola moderatonez utriusqz. ut mo
deratio ipa no sit sine notulla seueritate
nec seueritas sine mitigatone. Siqdez in igne
purgatorio est intollerabilis afflicto sine toti'
consolatonis remedio. Involutaria satisfactio
ne e afflictio cu multiplici consolatone. In laua
cro regenatonis plena emundato nil hns
afflictiois. Prima purgato agit' p incendiu.
sa p flagellu. tcia p lauacru. p incendiu
purgatorij ignis. scoria pcti excoqt'. p fla
gellu satisfactonis palea pcti excutitur. p
lauacru regenatonis pcti macula absqz
pena diluitur. Sut multi qui in extremis
ueraciter penitet. s morte puenti tps satis
faciedi no hnt. ⁊ his quide in eoz pctis qd
iniqtatis ⁊ ipietatis e, aduera eoz peniten
tia remictit. qd u turpitudis ⁊ impurita
tis purgatorio igne exquoqt. Ex his deum
intellige qd i psalmo hr. Beati qz remisse
st iniqtates. Alij cu magna deuotone ad
confessione ueniut ⁊ cu magno studio ⁊ sol
licitudine satisfactone exoluut. ⁊ turpitudi

ne sua caritatis opibꝫ ꝛ virtutu varietate
obducit. Erit itaqꝫ in eis qd alias legis. qr
caritas opit mltitudine pctoꝝ. In his
adimplet prophetica illa sentetia. Beati
quoꝝ tecta st pcta. Multi post mlta fla-
gitia ꝛ blasfemias de iudeis ul gentib venientes,
in xpo regenati, quib tn pro preteritis malis
nichil satisfactionis iniugit. quia renatis
i xpo de an actis malis nichil imputatur.
Pro eiusmoi quolibꝫ puta ee dictu. Beatus uir
cui no imputabit ds pctm. Et st nonulli
q ta profunde ꝛ intime penitet. ꝛ tato deuo-
tionis ardore i ipa sua penitetia feruet. ꝛ tm
de dni pietate psumit. ut hoc ipm eis ad pctoꝝ
suoꝝ expiatonez sufficiat. ꝛ dnm sibi p oia
placabile reddat. Testatr hoc ipm tn fere
penites ille euagelicus latro qui stati audire
meruit. Hodie mecu eris in paradiso. Huius-
moi quilibꝫ in coꝝ currit numeru quibꝫ
a dno n imputatr pctm. sꝫ dimittutr eis pcta
mlta. qm dilexit multu. In his g q ia dixi
luce clarius uidetr qd p psalmista audim. Bti
qoꝝ remisse st iniqtates. ꝛ quoꝝ tecta st pcta
Btꝰ uir cui no imputabit ds pctm. Explic

Incipit liber beati bernardi abbatis
De gratia et libero arbitrio :
Incipit prologus :

Domino W. abbati sancti theoderici. frater
bernardus. Opusculum de gratia et libero
arbitrio. quod illa quam scitis occasione nuper ag-
gressus sum. deo adiuvante perfeci ut potui. Ve-
reor autem ne aut gravia minus digne locutus
inveniar. aut pretacta a pluribus superfluo
retractasse. legite illud prius vos ipsi. et si
iudicatis plus ne si proferatur in medium ma-
gis forte scriptoris publicet temeritas quam lec-
toris edificet. Quod si palam fieri utile proba-
veritis. et si quid obscurius dictum adverteritis
quod in re obscura servata tamen brevitate
dici planius potuisset. non sit vobis pigrum aut
emendare per vos. aut mihi rescriptis signare emen-
dandum. si sperandum dari non vilius promissione
illa sapientie. Qui elucidant me vi-
tam eternam habebunt : Explicit prologus
Incipit liber eiusdem :

LOquere me coram aliquo. et dei in me
gratiam commendate. quam ſcilicet ab ipſa
in bonum preuentum agnoſcere et pro
uhei ſentire. et ſperare proficiendum. quod tu aut
uni ex circumſtantibus operaris. aut quod mercedis
ſperas. vel premij. ſi totum fecit deus. Quid er
in qua tu conſulis. Da inquit gloriam deo. qui
gratis te preuenit. excitauit. initiauit. et
viue digne de cetero. quo te probes. et perceptis be
neficijs non ingratum. et percipiendis ydoneum
Et ego. Bonum conſilium das. ſed ſi dederis et poſſe
tenere. Siquidem non eſt eiusdem facilitatis. ſci
re quid faciendum ſit. et facere. quoniam et diuerſa
ſunt. ceco preberi ducatum. ac feſſo preberi ue
hiculum. Non quicumque oſtendit uiam. prebet etiam
uiatici itinerandi. Aliud illi eſt exhibet qui
facit ne deuiet. et aliud qui preſtat ne defi
ciat in uia. Ita nec quiuis dator ſtatim et
dator erit bonj. quodcumque docuerit. Porro
duo michi neceſſaria ſunt. doceri et ad-
iuuari. Tu homo recte quidem conſulis
ignorantie. ſed ſi uerum ſentit apoſtolus.

Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Immo inquam
qui michi ministrat per os tuum consilium. ipse ne
cesse est ministret et per spiritum suum adiutorium
quatenus valeam implere quod consulis. Ecce enim iam ex
eius munere velle adiacet michi. perficere autem non in
uenio. sed nec me aliquando inuenturum confido. nisi
qui dedit uelle. det et perficere pro bona uoluntate. Ubi
ergo ait sunt merita nostra. aut ubi est spes nostra.
Audi inquam. Non ex operibus iustitie que fecimus nos.
sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Quid enim.
Tu forte putauas tua te creasse merita.
tua posse saluare iustitia. qui nec saltem potes
dicere dominum yhesum. nisi spiritu sancto. Itane oblitus es
qui dixit. sine me nichil potestis facere. et neque
currentis neque uolentis. sed miserentis est dei. Quid ergo
agit ais liberum arbitrium. Breuiter respondeo.
Saluatur. Tolle liberum arbitrium, non est quod sal
uetur. Tolle gratiam non erit unde saluetur. Opus hoc
sine duobus effici non potest. uno a quo fit. altero
cui uel in quo fit. Deus auctor salutis est. liberum
arbitrium tantum capax. Nec dare nisi deus. nec capere nisi li
berum arbitrium potest. Quod ergo a solo deo et soli datur libero
arbitrio. tam absque consensu esse non potest accipientis. quam

absque gratia dantis. Et ita gratie operanti salutem
cooperanti liberum dicitur liberum dum consentit. hoc est dum
salvatur. Consentire enim salvari est. Proinde pecoris
spiritus salutem huiuscemodi minime capit. quo illi volunta-
rius consensus deest quo salvanti deo videlicet placide ob-
temperet. sive iubenti acquiescendo. sive pollicenti credendo.
sive reddenti gratias agendo. Enim vero aliud est volun-
tarius consensus. aliud naturalis appetitus. Posterior
quippe nobis communis cum irrationabilibus. non valet consenti-
re spiritui, carnis irretitus illecebris. Et fortasse ipse
est quo alio nomine ab apostolo sapientia carnis appellatur ubi ait.
Sapientia carnis inimica est deo. legi enim dei non est subiec-
ta. nec enim potest. Hunc ergo ut dixi communem habentes cum bestiis.
consensus voluntarius quo nos discernit. Est enim habitus
animi liber sui. Siquidem non cogitur. non extorquetur. Est enim
voluntatis non necessitatis. non negat se, nec prebet cuiquam
nisi ex voluntate. Alioquin si compelli valet invitus
violentus est non voluntarius. Ubi autem voluntas non
est, nec consensus. Non enim est consensus nisi voluntarius.
Ubi ergo consensus. ibi voluntas. Porro ubi voluntas
ibi libertas. Et hoc est quod dici puto liberum arbitrium.
Sed ut manifestius fiat quod dicitur nostro competenti ad id quod
volumus veniamus, paulo altius repetendum est. In rebus
materialibus non est vita quod sensus. nec sensus quod appeti-
tus. nec ille quod consensus. Quod ex singulorum diffini-

tionibus clarius elucebit. Est enim in quolibet corpore vita
internus ac naturalis motus vigens tantum intrinsecus. Sensus
vero vitalis in corpore motus vigens et extrinsecus. Appetitus
autem naturalis vis in animante movendis avide sen-
sibus attributa. Verum consensus nutus est voluntatis
spontaneus. vel certe quod supra dixisse me memini. ha-
bitus animi liber sui. Porro voluntas est motus rationalis.
et sensui presidens et appetitui. Habet sane quocumque volue-
rit. ratione semper comite. et quodammodo pedissequa
non quod semper ex ratione. sed quod numquam sine ratione moveatur. absque
ita ut et multa faciat per ipsam contra ipsam. hoc est per eius
quasi ministerium. contra eius consilium sive iudicium.
Unde est illud. Prudentiores sunt filii seculi huius filiis lu-
cis in generatione sua. Et rursum. Sapientes sunt ut fa-
ciant mala. Neque enim prudentia seu sapientia inesse cre-
ature potest vel in malo. nisi utique per rationem. Est vero
ratio data voluntati ut instruat illam non destruat.
Destrueret autem si necessitatem ei ullam imponeret. quominus libere
pro arbitrio sese volveret. sive in malum consentiens appetitui.
aut nequam spiritui ut sit animalis. non vel percipiens. vel etiam
persequens ea que sunt spiritus dei. sive ad bonum gratiam sequens
efficiatur spiritualis qui omnia diiudicans. ipse a nemine
iudicetur. Si inquam hoc quolibet prohibente ratione.
voluntas non posset. voluntas iam non esset. Ubi ergo

necessitas iam non voluntas. Quod si ex necessitate
et absque consensu proprie voluntatis iusta iniustave
fieri posset rationalis creatura. aut misera profecto
esse nulla ratione posset deberet. aut beata penitus
esse non posset. cum nimirum in utramvis partem id deesset
quod solum in ea miserie sive beatitudinis capax ~~est~~ est:
idest voluntas. Cetera quidem que supra memorata sunt.
vita sensus vel appetitus, nec miserum per se faciunt
nec beatum. Alioquin arbores ex vita. pecudes et ex
reliquis duobus vel miserie possent esse obnoxie,
ut ydonee beatitudini. quod omnino impossibile est. Communem
itaque habentes vitam quidem cum arboribus. sensum vero et ap
petitum et eque vitam cum pecoribus. id quod dicitur voluntas
nos ab utrisque discernit. cuius voluntatis consensus
utique voluntarius non necessarius. dum aut iustos pro
bat: aut iniustos et merito beatos facit, vel miseros.
Iste ergo talis consensus ob voluntatis inamissibilem
libertatem et rationis quod semper portat et ubique indecli
nabile iudicium. non incongrue dicitur ut arbitror
liberum arbitrium. ipse liber sui, propter voluntatem.
ipse iudex sui propter rationem. Et merito libertatem comitatur
iudicium. quoniam quidem quod liberum sui est. profecto ubi pec
cat, ibi se iudicat. Est autem iudicium. quia iuste si pec profecto
cat patitur quod non vult. qui non peccat nisi volens. Ceterum
quod sui liberum non esse cognoscitur. quo pacto vel bonum

et, vel malum imputatur. Excusat nempe utrumque
necessitas. Porro ubicumque necessitas est, libertas non est.
Ubi libertas non est, nec meritum, ac per hoc nec iudicium.
excepto sane peccato originali ~~pecc~~ peccato. quod constat
aliam habere rationem. Dehinc quidquid horum non habet voluntarii
consensus libertatem, procul dubio et merito caret et
iudicio. Proinde universa quae hominis sunt, praeter solam
voluntatem, ab utroque libera sunt, quia sui libera non sunt.
Vita, sensus, appetitus, memoria, ingenium, et si qua
talia sunt, eo ipso subiacent necessitati, quo non plene sunt
ipsam subdita voluntati. Ipsam vero quia impossibile est de se
ipsa sibi non obedire. ~~Nemo~~ nemo quippe aut
non vult quod vult, aut vult quod non vult, etiam
impossibile est sua privari libertate. Potest quidem
mutari voluntas, sed non nisi in aliam voluntatem,
ut numquam amittat libertatem. Tam ergo non potest
privari illa, quam nec seipsa. Si potest homo aliquid
aut nichil omnino velle, aut velle aliquid et non
voluntate, potest carere libertate voluntas.
Hic est quod insanis, infantibus, itemque dormientibus,
nichil quod faciant vel bonum vel malum imputatur,
quia nimirum sicut sui non sunt compotes rationis, sic nec
usum retinent propriae voluntatis, ac per hoc nec iudicium
libertatis. Cum ergo voluntas nichil liber-

habeat nisi se. mirum non iudicat nisi ex se. Siquidem
nec tardum ingenium. nec labilis memoria. non quietus
appetitus obtusus sensus. nec vita languens. reum per se statuerit
hominem. sic nec e contrario innocentem. et hoc non ob aliud nisi
quia hec necesse est preter voluntate posse provenire probatur.
Sola ergo voluntas quoniam pro sui ingenita libertate, aut
dissentire sibi. aut preter se in aliquo consentire. nulla vi, nulla
cogitur necessitate. et non immerito iusta vel iniusta beatitudine
seu miseria digna ac capace creatura constituit, prout scilicet
iustitie iniustitieve consenserit. Quapropter huiusmodi voluntarium
liberumque consensum ex quo et omne sui. ex his que dicta sunt constat pendere
iudicium. puto non incongrue id superius diffinivimus esse quod ~~solet~~ solet
liberum arbitrium appellari. ut liberum ad voluntatem. arbitrium refe-
ratur ad rationem. Sed sane liberum non illa libertate de qua ~~dicit~~ dicit
apostolus. Ubi spiritus ibi libertas. Est enim illa libertas a peccato. sicut alibi
ait. Cum enim servi essetis peccati. liberi fuistis iustitie. Nunc autem
liberati a peccato servi autem facti deo. habetis fructum vestrum in sancti-
ficatione. finem vero vitam eternam. Cuius utique incarnate peccati, a peccato
sibi vendicat libertatem. Hac ergo libertate dictum mirum ne-
quaquam opinor liberum arbitrium. Est item libertas a miseria
de qua itidem apostolus. et ipsa inquit creatura liberabitur
a servitute corruptionis in libertatem glorie filiorum dei. Sed
numquid et ista sibi quispiam in hac mortalitate presumit.
Et hac itaque liberum nominare arbitrium non immerito abnuimus.
Est vero quiddam magis ei congruere arbitror libertatem, qua

dicere

dicere possumus ad necessitatem. cum profecto necessarium voluntario contra-
rium esse videatur. Siquidem quod ex necessitate fit. iam non ex voluntate
et e converso similiter. Cum igitur ut puto inter se potius occurrere
nobis triplex sit proposita libertas. a peccato a miseria. a necessitate
hanc ultimo loco positam contulit nobis in conditione natura. Est triplex libertas necessitatis, peccati et miserie
In prima restauramur a gratia. media nobis reservatur in pa-
tria. Dicatur ergo prima libertas nature. secunda gratie. tertia vite vel
glorie. Primo nempe in liberam voluntatem. ac voluntariam libertatem.
conditi sumus nobilis a deo creatura. Secundo informamur in
innocentia nova in Christo creatura. Tertio sublimamur in gloria
perfecta in spiritu creatura. Prima ergo libertas multum habet ho-
noris. secunda plurimum virtutis. novissima cumulum iocundi-
tatis. Ex prima quippe prestamus ceteris animantibus. Justicia car-
ne. per tertiam mortem subicimus. Vel certe sicut in prima subiecit
deus pedibus nostris oves et boves et pecora campi. ita quoque per secundam
spirituales bestias huius aeris. de quibus dicitur. Ne tradas bestiis anima
confitentem tibi. prosternit eque et ~~[illegible]~~ conterit sub pedi-
bus in ultima tandem nos ipsos nobis plenius summissurus
per victoriam corruptionis et mortis cum scilicet novissima
destructa fuerit mors et nos transibimus in ~~gloriam~~ libertatem glorie
filiorum dei. qua libertate Christus nos liberabit, cum nos utique
tradet regnum deo et patri. De hac ei item de illa quam diximus
a peccato puto quod iudeis aiebat. Si vos filius liberaverit. vere
liberi eritis. liberum arbitrium liberatore indigere signi-
ficabat. sed plane qui illud liberaret. non a necessitate quam
voluntatis esse penitus non noverat sed a peccato in quod tam libere

qr voluntarie [redacted] corruerat. simulq3 a pena
pcti qua incautu incurrerat. inuitusq3 ferebat. q utrisq3
mali liberari oio no potat nisi p illuz q solus omniuz
fact' est e int' mortuos liber. liber videl3 a pcto inter
pctores. Solus naq3 int' filios ada. libertatez q̃ uendicat
a pcto. qui pctm no fecit. nec inuent' est dolus i ore ei'.
Porro 2 a miseria que e pena pcti. huit nichominus
libertate. s3 potentia no actu. Nemo qppe tollebat aiaz
ei' ab eo. s3 ipe ponebat ea. Deniq3 teste ppha. oblat'
e qr ipe uoluit. sic cu uoluit natus ex muliere fact'
sub lege. ut eos qui sub lege redimeret. fuit itaq3 2 ipe
sub lege misie. s3 fuit qr uoluit. vt liber int' miseros 2
pctores utruq3 iugu scilicet miserie 2 pcti a ceruicib3 excuteret.
habuit itaq3 totas tres libertates. pmã ex huma
na simul 2 diuina natura. reliquas ex diuina pote
ntia. Quaz duas posteriores. utru 2 pmus ho hueit
i paradiso. uel quomo. uel quatinus eas huit. postea
videbimus. hoc aut indubitat' sciendũ utraq3 ple
na atq3 pfectam pfectis iam aiab3 carne solutis. cu
deo pariter 2 xpo eius atq3 angelis sup celestib'. Nam
sctis aiab3 2si nec du corpora receperit. deest quide
de gla. s3 nichil prorsus inest de misia. Verũ libtas
a necitate. eque 2 indifferent' deo uniusq3 ta bone
qm male rónali couenit creature. Nec pcto nec
misia amittit' vel minuit'. nec maior i iusto e
qm in pctore. nec plenior i angelo qm in hoie. Quo

ad bonum conuersus per gratiam humane uoluntatis
consensus eo libere bonum. et in bono liberum hominem facit quo
uoluntarius efficitur, non inuitus protrahitur. sic sponte deuo
lutus in malum. in malo nichilominus tam liberum quam spontaneum
constituit, sua utique voluntate ductus. non aliunde coactus
vt malus sit. Et sic celestis angelus aut et ipse deus per
manet liber bonus. propria vz uoluntate. non aliqua ex
trinseca. sic profecto diabolus eque in malum et
corruit et perstitit. suo utique uoluntario nutu. non alie
no impulsu. Manet ergo libertas uoluntatis ubi
etiam fit captiuitas mentis tam plena quidem in malis
quam in bonis. sed in bonis quidem ordinatior. tam integra
quoque pro suo modo in creatura quam in creatore. sed
in illo potentior. Quod at solent homines conqueri et di
cere. volo habere bonam uoluntatem et non possum. nequaquam aper
hunc prescribit libertati. ut quasi vim aut neces
sitatem in hac parte uoluntas patiatur. sed plane illa li
bertatem que dicitur a peccato se carere testatur. Nam qui
vult habere bonam uoluntatem, probat se habere uoluntatem.
Non enim vult habere bonam nisi per uoluntatem. Est si uo
luntate et libertate. sed libertate a necessitate non a peccato.
Nempe ut non ualeat cum uelit habere bonam, sentit sibi
quidem deesse libertatem. sed profecto libertatem a peccato. quo utique
dolet premi. non primi voluntate. quoque iam proculdubio
ut cuique bona habet ubi habere uult. Bonum quippe est quod
vult nec posset bonum uelle, nisi bona voluntate. sic

nec uelle malum. nisi mala uoluntate. Cum bonum uolumus
bona est uoluntas. cum malum uolumus mala est uoluntas.
Vtrobique uoluntas. et ubique libertas. Cedit siquidem uolun
tati necessitas. Cum autem non ualemus quod uolumus. sentimus quod
ipsam quodammodo libertatem peccato esse captiuam. uel miseriam.
non tamen amissam. Ex hac ergo tantum libertate qua liberum est
uoluntati seipsam iudicare. uel bonam si bono uel malam
si malo consenserit. quippe que non nisi uolendo certe
consentire se sentit. liberum arbitrium credimus nominari. Nam
ex illa quam dicimus a peccato. congruentius forsitan liberum consilium.
itemque ex illa que dicitur a miseria. liberum potius complacitum
possit dici. quam liberum arbitrium. Arbitrium quippe iudicium
est. Sicut uero iudicii est discernere quid liceat. uel non liceat.
sic profecto consilii probare quid expediat uel non expedi
at. sic complaciti quoque experiri quid libeat uel non libeat. Vti
nam tam libere nobis consuleremus. quam libere de nobis iudi
camus. ut quemadmodum libere per iudicium licita illicitave
discernimus. ita per consilium et licita tamquam commoda nobis
eligere et illicita tamquam noxia respuere, liberum
haberemus. Tunc enim non solum liberi arbitrii. sed et liberi pro
culdubio consilii. ac per hoc et a peccato liberi essemus. Sed quid
si totum ~~quod libet~~ solum quod expediret uel liceret. et liberet.
Nonne liberi quoque esse complaciti merito diceremur. quippe qui
ab omni prorsus quod displicere potest hoc est ab omni nos
miseria liberos sentiremus. Nunc autem cum multa per
iudicium uel admittenda uel obmittenda esse decer-

namus. que tamen per consilium nequaquam pro iudicio recti
tudinis aut eligimus aut contempnimus. Rursumque non
nulla que tanquam recta et comoda consulta observamus, et ut
beneplacita libenter amplectimur. sed insuper quasi dura ac
molesta vix equanimiter ferre perduramus. liquet ergo
quia liberum nec consilium habemus nec complacitum. Alia questio
est si vel ante peccatum in primo homine huiusmodi, quod suo loco dis
cutietur. Certissime autem habituri sumus cum deo miserante
obtinebimus quod oramus. Fiat voluntas tua sicut in celo
et in terra. hoc nempe complebitur quando id quod nunc cuncte passim
rationali ut iam dictum est creature commune videtur liberum
scilicet a necessitate arbitrium erit et in electis hominibus
ut iam in sanctis est angelis. et tantum a peccato. et tutum a miseria.
probatibus tandem triplicis libertatis felici experientia. que
sit bona voluntas dei ac beneplacens et perfecta. Quod quia
nondum est. sola interim plena integraque manet in
hominibus libertas arbitrii. Nam libertas consilii ex parte tantum.
et hoc in paucis spiritualibus. qui carnem suam crucifixerunt cum
vitiis et concupiscentiis. quatenus non regnet peccatum in eorum
mortali corpore. Porro ut non regnet facit libertas
consilii. ut non desit ex integro. captivitas est liberi ar
bitrii. Cum autem venerit quod perfectum est, tunc evacuabitur
quod ex parte est. hoc est cum plena fuerit libertas consilii
nulla iam captivitas liberi arbitrii. Et hoc est quod quoti
die petimus in oratione cum dicimus deo. Adveniat regnum

tuum. Regnum hoc nec dum ex toto pervenit in nos. cotidie tamen
paulatim adveniat. sensimque in dies. magis ac ma-
gis dilatat terminos suos. in his dumtaxat. quorum per
dei adiutorium. interior homo renovatur de die in diem.
In quantum ergo regnum gratie dilatatur in tantum peccati potestas
diminuitur. Nunquam tamen vero minus est adhuc propter corpus mor-
tis quod aggravat animam. et ob necessitatem terrene inha-
bitationis utique deprimentis sensum multa cogitantem.
necesse habent et qui perfectiores sunt in hac mortalitate
videntur. confiteri et dicere. In multis offendimus omnes. et si di-
xerimus quia peccatum non habemus. nos ipsos seducimus. et veritas in nobis
non est. Quapropter orant et ipsi sine intermissione dicentes adve-
niat regnum tuum. Quod non erit vel in ipsis consummatum
quousque peccatum non solum non regnet in eorum mortali corpore.
sed nec sit omnino. nec esse possit in immortali iam corpore. Et
iam de libertate complaciti in hoc seculo nequam quod dicemus.
ut vix sufficiat diei malitia eius sua. ubi omnis crea-
tura ingemiscit et parturit usque adhuc. vanitati subiecta
non volens. Ubi vita hominis temptatio est super terram. Ubi
viri quoque spirituales qui primitias spiritus iam acceperunt.
ingemiscunt et ipsi intra semetipsos expectantes redemptio-
nem corporis sui. Nunquam ergo inter ista locus ullus est hui-
usmodi libertati. Quid enim quod liberum vero relinquitur
complacito. Ubi totum occupare videtur iniustitia. Neque enim
vel innocentia seu iustitia quemadmodum a peccato ita et
ab iniustitia tute esse hic poterunt. Ubi iustus exclamat.

Infelix ego homo. quis me liberabit de corpore mortis
huius? Certe. Facte sunt michi lacrime mee panes die ac nocte.
Ubi noctes diesque in merore continuantur nullum profecto
spatium temporis complacito vacuum relinquitur. Denique
quis volunt pie vivere in christo. ipsi magis persecutionem
patiuntur. quoniam iudicium a domo dei incipit. Et de proprio
amicis inquies incipite. Sed et si non virtus. vitium forte
in tuto est. et aliqua ex parte interim ferri potest complacito.
cavere miseria. Absit. Nam qui letatur cum male fecerit
et exultat in rebus pessimis tale est quod facit. quale
eo videtur frenetici. Nulla autem verior miseria quam falsa
letitia. Denique in tantum miseria est quod videtur felicitas
in hoc seculo. Ut sapiens dicat. melius est ire ad domum
luctus quam ad domum convivii. Est quidem in bonis corporis
non nulla iocunditas. videlicet in edendo. bibendo. calefa
ciendo ceterisque talibus fomentis. ut tetumentis carnis.
Sed numquid vel ista vacat aliquatenus a miseria.
Bonus est panis si esurienti. potus delectat. si sitienti.
Denique saturato cibus potusque iam nequaquam sunt grata
sed gravia. Tolle famem. et panem non curabis. Tolle
sitim. et limpidissimum fontem ac si paludem respicies.
Similiter umbram non querit nisi estuans. Solem non
curat nisi algens sive caligans. Alioquin nichil horum
libebit. si non precesserit urgens necessitas. Que si
perfecte tollatur e rebus. statim in tedium atque mole
stiam convertetur ipsa que videtur in his esse iocunditas.

E

R R

O

Fateduz igitur & in hac parte ome qd e presentis ~~vite~~
uite, occupare miseriam. nisi qr i continuis tribulatio
nib; grauior labor, leuiores utiqz, qualiscuqz
st cosolato. & du forte pro tpre ac rez euetibus
uicissim gauia leuiaqz succedut: minor ex
pientia aliqua misie uidet int polato. ut cu ali
quado post expta plura grauissima, i minus for
te molesta euaditur, felicitas putet. Nu tandez
fatedu est eos qui p excessuz cotemplatonis rap
ti qnqz in spu. quatuluqz de supne felicitatis dul
cedine degustare sufficiut: toties ee liberos amisia,
qoties sic excedut. his plane qd negadu no est.
etia in hac carne, raro licet raptimqz coplaciti
libtate fruiti, qui cu maria optima parte
elegerut. que no auferet ab eis. Qui ei iaz tenet
qd auferedum no e. expiut utiqz qd futuru e.
Sz qd futuru e felicitas e. Porro felicitas & mi
sia eode tpre simul ee no possut. Quoties igit
p spm illam ~~no sentiut~~ participat: toties ista
non sentiut. Itaqz i hac uita soli cotemplati
ui possut utcuqz frui libertate coplaciti. & hac
ex parte. & parte satis modica. uiceqz rarissima.
Porro libtate cosilij fruut etia quilibet iusti
ex parte qde sz no modica. Ceteru libertas arbitrij
ut sup aliqdo patuit cuctis parit rone utetibus
couenit. no minor qppe cu inst e. in malis qz i bonis

tam plena in hoc seculo quam in futuro. Sed hoc aperte
monstratum esse puto quod hec ipsa tamen libertas adhuc quo
dammodo captiva tenetur, quod in illa due alie libertates
minime aut minus plene comitantur. Nec aliu-
nde ille nec defectus venit, de quo apostolus: ut non quecun
que vultis illa aut illa faciatis. Velle siquidem
inest nobis ex libero arbitrio, non etiam posse quod volumus.
Non dico velle bonum, aut velle malum, sed velle
tantum. Velle enim bonum profectus est, velle malum defectus,
velle vero simpliciter ipsum est quod vel proficit, vel de-
ficit. Porro ut esset, creans gratia fecit; ut proficiat
salvans gratia facit; ut deficiat, ipsum se deicit. Itaque
liberum arbitrium nos facit volentes, gratia benivolentes. Ex
ipso nobis est velle, ex ipsa bonum velle. Quemadmo
dum namque aliud est timere simpliciter, aliud timere
deum, et aliud amare, et aliud amare deum; ita
quoque aliud est velle, aliud velle bonum. Timere quippe
qde et amare simpliciter prolata affectiones; cum additamento
mento autem virtutes significat. Simplices nempe af-
fectiones insunt nobis naturaliter tamquam ex nobis,
additamenta ex gratia. Nec aliud profecto est, nisi quod
gratia ordinat quas donavit creatio, ut nil
aliud sint virtutes nisi ordinate affectiones.
Scriptum est de quibusdam quod illic trepidassent

timore non erat timor. Timor fuit. sed inordi
natus. Ordinare illum volebat dominus in discipulis
cum diceret. Ostendam uobis quem timeatis de beatis. Et da
uid. Venite autem filii audite me, timorem domini
docebo uos. Item de amore inordinato. arguebat
homines qui dicebat. Ego lux ueni in hunc mundum
et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Idcir
co postulat sponsa in canticis dicens. Ordinate in
me caritatem. Similiter et quia de inordinata uolun
tate, arguebat. cum dicebat. Nescitis quid petatis.
Sed ad lineam rectitudinis edocti sunt distortam reducere
uoluntatem. cum audierunt. Potestis bibere calicem quem
ego bibiturus sum. Et tunc quidem uerbo. sed postmo
dum etiam exemplo. uoluntatem ordinare docebat cum
orans instante passione, ut transferretur ab eo calix
statim subiecit. Verumtamen non sicut ego uolo. sed quod tu uis.
A deo est uelle. quo et timere. quo et amare in conditione
accepimus nature. ut essemus aliqua creatura. Velle
autem bonum quomodo timere deum. quo et amare deum accepimus
in uisitatione gratie. ut simus dei creatura. Creati
quippe quodammodo sumus in libera uoluntate. quasi dei effi
cimur. per bonam uoluntatem. Porro bonam facit qui
liberam facit. et ad hoc bonam. ut simus initium aliquod
creature eius. Quam expedit profecto nobis magis
omnino non fuisse quam nostros permanere. Nam qui uoluerunt
sui esse. utique sicut dii scientes bonum et malum. facti sunt

non tamen iam sui. sed et diaboli. Itaque libera voluntas nos fac
nit nostros. mala diaboli. bona dei. Ad hoc pertinet quod dicitur.
Novit dominus qui sunt eius. Nam illis qui non sunt eius.
Amen dico vobis nescio vos. Dum ergo per malam voluntatem
sumus diaboli. quodammodo non interim non sumus dei. sic cum
per bonam voluntatem efficimur dei. desinimus esse iam diaboli.
Nemo siquidem potest duobus dominis servire. Ceterum sive
dei sumus. sive diaboli. non tamen similiter desinimus
esse nostri. Manet quippe utrobique libertas arbitrii. per quam et
maneat causa meriti. quatenus merito vel puniamur mali. quod utique
liberi ex propria voluntate efficimur. vel glorificemur boni. quod
nisi eque voluntarii esse non possumus. Sane diabolo nostra nos
mancipat voluntas. non ipsius potestas. deo subicit eius gratia. non
nostra voluntas. Nostra quippe voluntas bona quod fateri dubium non est.
a bono deo creata. perfecta tamen non erit. quousque suo cre
atori perfecte subiecta non sit. Absit autem ut ipsi nostri ipsius
perfectionem. deo autem tantum creationem tribuamus. cum longe
